

141 in iuribus. Igitur neque contra testamentum. Quia tunc jus rumpendi regulatur a iure succedendi ab intestato, ut in l. posthumus, §. si quis ex his, ff. de inoff. testam. text. in l. 1. §. si filium, & in l. illud §. 1. ff. de bonor. possessor. contra tabul. text. in §. eadem, in versum adoptiuos, Inst. de hered. b. qua ab intest. deser. quem text. meliorem juris ad hoc dicitur: Ias. in d. §. & quid tantum, in l. 1. l. 1. n. 47. & Ant. Gom. in l. 22. Taur. nu. 9. ubi alios textus allegat.

142 Quorum tunc iurium argumento inferunt eleganter Bar. in leg. si n. §. ff. ad Tertullian. quod stante statuto, quod filia dotata non succedat ab intestato, si ipsa praterita sit in testamento, vel ex hereditate, non poterit illud rumpere, quia cum per statutum priuatur iure succedendi ab intestato, per consequens & iure rumpendi priuatur: & ita opinionem illam Bar. per regulam dictorum iurium sequuntur Bald. Angel. & Fulgos. in d. §. si quis ex his, & tenuit Paul. de Castr. bene declarans in l. 2. n. 1. ff. de inoff. testa. tenet idem Bar. in l. 1. §. sciendum, in si ff. de suis & legit. hered. dicit communem Ias. in aub. nonissima, nu. 56. de inoff. testam. dicit communem Ant. Gom. in l. tom. variar. cap. n. nu. 9. ubi plures allegat: dicit etiam communem idem Anron. Gom. in l. 22. Taur. n. 9. ad fin. sequitur vltra eum Paul. de Castr. in d. §. & quid si tantum nu. 10. ubi Ias. in l. 1. l. 1. nu. 58. testatur esse communem plures allegans, quem alio numero corrupte allegauerat Ant. Gom. saltem in mea impressione. Sic igitur in proposita questione, cum nepos ab intestato, secundum iura hodierna, excludatur per filium emancipatum, & opinionem Bar. ut etiam iure rumpendi priuatur: & opinionem Bar. in d. §. si testatur etiam communem & tenendam Alciat. lib. 3. paradox. cap. 1. per tot. ubi refert duas limitationes & eas examinat.

143 Secundo tunc principaliter opinio Bar. fundatur eodem themate recento, quia cum filius emancipatus in totum prateratur nepoti ab intestato, secundum iura hodie, na & communes traditiones, & sic testator tacite videatur relinquere vententibus ab intestato, ut in l. consuetudine, & in l. si quis cum testamentum nullum, ff. de iur. codicill. a fortiori testamento facto, & instituto ipso filio emancipato, quia non debet esse deterioris conditionis, voluntatem patris expressam habens, quam si tacitam tantum haberet, pro ut contingit ab intestato, arg. text. in l. Titia Seio, §. ff. de legat. 2. & testator non videtur culpandus, qui expresse reliquit ei, qui ab intestato tacite ex legis dispositione h. biturus erat: & ita opinionem Bar. in d. §. & quid si tantum: his fundamentis sequitur ibi Paul. de Castr. nu. 9. reprobandus opinionem quorundam tenentium, quod licet huiusmodi testamentum sit validum de iure ciuili, & sic possit adiri hereditas: sed post hereditatem aditam possit contratabulare nepos, & inquit, quod contra eos saepe ipse consuluit, & alij: & opinionem preterea Bar. testatur communiter approbatam ibi Fortunius Garzia n. 132. & 136. Ias. l. 1. l. 1. n. 5. & 56 & in l. 2. l. 1. n. 19. & Alciat. lib. 3. paradox. cap. 10. ad si. n. 6. & opinionem Bar. testatur esse receptissimam Costa in d. §. & quid si tantum in 3. part. repet. n. 117. ubi late probat: sequitur etiam Vigil. in d. §. sed haec quidem vetustas, ad si.

144 Vltimo tunc ex distinctione communi glossarum inferunt, quod cum ex testamento non sit sublata hodie differentia emancipationis & patrie potestatis, non poterit pater substitutio huiusmodi non possit fieri nisi filio, qui sit in potestate patris, ut supra dictum est: & ita in terminis tenet Bar. in l. 2. in princ. nu. 7. ff. de vulg. & pupill. ubi dicit, ita omnes tenere: & tenent omnes indifferenter, secundum Alex. ibi, nu. 14. & est conclusio sine exceptione secundum Ias. ibi, nu. 18. &

est communis secundum Soc. ibi, nu. 6. dicit communem plures allegans insignis preceptor meus Ant. de Meness. in l. 3. n. 4. C. de iur. & facti ignor.

Vltimo tunc est aduertendum iuxta proxime dicta de emancipatione, quod licet filius emancipatus hodie ab intestato succedat ad similitudinem suorum, & sic tanquam suus habeatur: tamen hoc procedit hoc modo, ut emancipatus, qui olim erat incognitus de iure ciuili, hodie cognoscatur: item, quod sibi debeat legitima in bonis patris, sicut filio in potestate: item, quod tanta legitima debeat filio emancipato, sicut filio suo: item, quod habeat remedia ciuilia, si non relinquantur sibi legitima praedicta, scilicet eo casu, quo sine causa prateritur, ut supra dictum est: item, quod possit adire intra 30. annos, nec excludatur per lapsum anni, sicut excludatur de iure pretorio. Sed non est sublata differentia, ad hoc, ut succedat cum privilegio praerogatiua, qua succedunt filij sui, qui sunt in potestate: ita haec omnia tenet in specie Ant. Gom. qui bene probat in l. tom. c. 9. nu. 24. & tenent & sentiunt gl. & Dd. communiter, qui tenent supradictam communem opin. quod sit sublata differentia ab intestato & non ex testamento: & in specie Bald. in aub. in success. n. 3. & in d. aub. ex causa, n. 12. & Rol. Passager. ubi supra. & sentit bene gl. in l. si emancipati, C. de collat. in verb. veniente, in vers. quia illud, ubi tenet, quod hodie est sublata differentia quoad succedendum, non vero quoad conferendum, quia emancipatus ita hodie confertur suis, sicut olim: & hanc opinionem, allegans supradictas gl. & plures Dd. testatur communiter approbatam Dominus meus in d. l. 3. nu. 11. C. de iuris & facti ignorant. & testatur communem Menchae. de successio. num. creatione, §. 19. n. 7.

Ex tunc qua communi & recepta sententia inferunt, quod cum qualitas transmittendi hereditatem non aditam ex potetia iuratis, sit merus effectus & qualitas iuratis: ut probat textus in l. vnica §. in nouissimo, vers. hereditatem, C. de caduc. tollend. l. 1. & ibi communiter Dd. de iure deliber. emancipatus etiam hodie minime transmittit praedicto modo hereditatem non aditam, etiam ab intestato licet in hoc articulo cogitandum reliquerit Bar. in l. ventre, n. 24. ff. de acquir. hered. & contrarium innuit idem Bar. in l. cum quidam, §. suum heredem, vers. vlt. nota, ff. de acquir. hered. idem Bar. in aub. si qua mulier, n. 5. C. de sacrosanct. Eccl. les. Contraria tamen opinio est verior & communior, imo quod non ex transmittat potentia iuratis, quam tenet Bald. in d. aub. in success. n. 3. & in d. l. 3. n. 5. & est communis haec opinio, ut infinitos allegans testatur Ant. Gom. d. tom. 1. c. 9. n. 24. eandem plures referens testatur communem Dominus meus ubi supra, nu. 12. & eandem opinionem sequitur Segura in repetit. l. coheredi, §. cum filia, num. 11. ff. de vulg. & pupill. & ibi eius addit. plures allegat, dicit etiam communem Menchae. d. §. 19. num. 6.

Ex tunc quo inferunt eleganter, secundum Doct. Padillam ubi supra, cum Ant. Gom. quem refert, quod licet hodie filius vxoratus, modo & forma traditis in l. 4. 7. Tauri, habeatur pro emancipato, ut ibi dicitur: tamen talis emancipatus etiam hodie non transmittit ex potentia iuratis hereditatem non aditam: quam opinionem iterum tenuit Ant. Gom. d. num. 24. ad fin. quem non ibi, sed in d. l. 47. allegauit Dominus meus ubi supra, qua l. 47. Tauri, hodie est l. 8. tit. 1. lib. 5. Noua Reg. cop. Reg.

Item tunc ex supradictis inferunt, quod emancipatus etiam hodie non gaudebit beneficio l. fin. C. de repud. hered. concesso suis, ut infra triennium possit reuocare abstentione a se factam ab hereditate paterna, de qua lege supra dictum est. Nam cum haec sit qualitas iuratis, merito

merito quod in emancipato locum non habet, etiam hodie: haec est communis opinio secundum Menchae. d. §. 19. n. 6. & latissime secundum Padillam in l. 3. n. 10. C. de iur. & facti ignor. contra gl. in d. l. si. que contrarium tenebat, cum esset hodie sublata differentia. Sed in quo sit sublata, iam vidistis: & ita tenendum, quamuis Ias. relatus per dominum meum, ubi supra, dixerit, opinionem gl. esse communem.

149 Item & vltimo addendum est, quod etiam hodie durabit differentia text. in l. 1. §. sed videndum, ff. de success. edict. ut scilicet, licet filius in potestate, repudians vel exclusus tempore vno capite vnde liberi, admittitur per vnde cognati, & vnde legitimi, id tamen non habebit locum in filio emancipato etiam hodie, quia haec est qualitas succedendi: ita tenet eleganter Alciatus li. 4. Paradox. c. 4. contra alios, quos refert: & ante eum tenuit Alexand. leg. certum, numer. 4. ad finem, Codic. unde legit. Sed & sunt aliae plures differentiae, quae hodie durant, quas congerit Segura ubi supra, n. 8. & seqq. & Emanuel Cost. d. §. & quid si tantum, in 3. part. repet. n. 207. vsque ad n. 242.

Tertia ampliatio materiae adoptionis.

150 Tertio principaliter tunc conclusio nostri text. ampliatur, ut procedat etiam in filio adoptato: Is enim suus heres efficitur patri adoptanti: ita probat & ampliat text. in §. 1. in fin. infra de heredit. que ab intestat. deser. ubi text. probans conclusionem supradictam nostri text. inquit, non in re, an naturales, vel adoptiuo sint filij: idem probat textus in princ. Instit. quibus modis testament. instrumentum ubi probatur, quod si quis adoptet post testamentum a se conditum, rumpitur testamentum, & inquit text. quasi adoptione sui heredis: idem probat text. in §. adoptiuus, Inst. de exhered. lib. ubi probatur, quod quamdiu sunt in potestate patris adoptiuus, eiusdem iuris habentur, cuius sunt ex iustis nuptiis quaeque, ac proinde exheredandi aut infirmitudi sunt: text. in §. sed hodie, Inst. de adopt. l. cum in adoptiuus in princ. C. de adopt.

151 Ex quibus iuribus inferunt optime, quod cum adoptatus sit suus, & filius suus transmittat hereditatem non aditam ex potentia iuratis, l. vnica §. in nouissimo, vers. hereditatem, C. de caduc. tollend. cum similibus: ita & filius adoptatus illam transmittit: ita expressa glo. singularis in l. 3. §. qui fideicommissam, verbo, non mutat, in fin. ff. de hered. bus instat. quam ita singularem dicit Aretin. in l. ventre, n. 16. ff. de acquir. end. heredit. & illam gl. testatur communiter approbatam, plures referens Antonius de Menesses in l. eam, quam, nu. 7. Codic. de fideicommissis. Quod quidem verum erit, & indistincte locum habebit in adoptato ab auo, siue ex testamento, siue ab intestato, vel contra testamentum, ut in dicto §. sed hodie, & in dicta l. cum in ad. princ. in principio, & in §. aliquid, qui est §. penultim. vers. sic final. Inst. de hereditat. que ab intestat. deser. §. Sed adoptatus ab extraneo tantum succedit patri ab intestato, & dicitur suus ei, quia ex testamento nihil tenetur ei relinquere, neque subintrat eius patriam potestatem: ita probat expresse text. in d. l. cum adoptiuus, §. sed ne articulum, per totum: & ibi, si intestatus pater extraneus adoptiuus decesserit, habere eum sui heredis ius, ad eius tantummodo successionem: & text. illum dicit mirabilem Bald. Ias. & Ant. Gom. quos s. reuli in tertia difficultate contra communem definitionem iuratis: & cum illo textu confonet l. 8. §. 9. tit. 16. part. 4. idem probat textus in §. penultim. & in §. sed hodie, supra allegatis: & ita, quod adoptatus ab extraneo transmittat hoc casu ex potentia iuratis, tenet Baldus in d. l. ea, quam, colu. 1. C. de fideicommissis: & Ioan. Orosc. in l. si quis nepotem, nu. 2. ff. de

adopt. & ita hanc materiam intellexit Padilla ubi supra num. 6. & 7.

152 Neque tunc obstant text. in d. princ. Instit. quibus modis testament. deser. in d. §. adoptiuus, ubi indistincte succedunt contra testamentum, quia necessario intelligendi sunt in adoptatis ab auo: ita gl. in dict. princ. verb. constitutionem, & gl. in §. tom. autem, verb. adoptat. de inoffic. testam. & sequitur Ias. in l. qui se patris, n. 1. C. vnde li. Et adde, quod hoc casu adoptatus hic ab extraneo praefertur ab intestato ascendentibus patris adoptiuo de iure communi, secundum communem opin. de iure vero Regio per l. 6. Taur. secus; secundum Gregor. Lopez in l. si gl. si. tit. 16. part. 4. & in l. 17. tit. 1. part. 6. gl. magna ad finem: & secundum Ioan. Baptistam in suo tractatu communium opinionum, litera F. nu. 16. fol. 73. in princ.

153 Et ex text. in d. §. penult. dicitur: Nam & in huiusmodi casu, neque quarta ei seruatur; constat, quod filio adoptato ab extraneo, non debetur quarta ex constitutione Diui Pij. §. Pro cuius intellectu praesuppono, quod adoptatio cadit in his, qui sunt sub patria potestate; & sit auctoritate iudicis; arrogatio vero in his, qui sunt sui iuris, & sit ex rescipio Principis: ita probat text. in §. 1. Inst. de adopt. l. 2. ff. de adopt. l. 7. tit. 7. part. 4. & his arrogatis debetur quarta pars bonorum arrogantis, quia subintrant potestatem eiusdem patris arrogantis: text. in §. fin. ff. de adopt. & haec quarta pro legitima a lege eis assignatur: textus est in l. Papi-nianus, §. si quis impubes, ff. de inofficio testament. textus capitalis in materia, in leg. si arrogator, ff. de adoption. l. 1. §. impubere, de collation. bon. text. in §. cum autem, vers. scilicet, item non aliter, supra de adopt. & probatur in l. 9. tit. 5. part. 6.

154 Nunc dico, quod haec tunc quarta tantum debetur filio arrogato modo supradicto, quod quidem aequum est, cum huiusmodi arrogatus intret potestatem noui patris, ut diximus; adoptatus autem ab extraneo minime sed imo iura patris naturalis illa sibi manet; & ita hoc probat textus expressus in dict. §. pen. scilicet, quod non debeat quarta dicti filio adoptato, quod est profecto notandum, quia solet decipere peritos viros; praecipue, cum contra hoc sit text. in leg. finali, ff. si quis in fraud. par. ubi probat textus, quod constitutione Diui Pij cauetur de impubere adoptando, ut detur ei quarta ex bonis adoptantis. Sed respondeo, quod ibi improprie ponitur adoptio pro arrogatione, vel ponitur tanquam genus pro specie: Na adoptio est genus, quod diuiditur in adoptionem & arrogationem: ut in leg. 1. ff. de adopt. vnde nil mirum si vnum pro altero ponatur, ut notat Ioan. Orosc. per text. ibi in dict. l. si arrogator, num. 8.

155 Et adeo procedunt supradicta, ut neque etiam adoptato ab auo debeat haec quarta: ut est text. in dict. penult. tenet gloss. in d. l. cum in adoptiuus, in princ. verb. reuerti ad medium, quam sequitur dicit valde notabilem Ias. in d. l. si arrogator, n. 9. dicens, esse text. expressum. Sed aduertatis, quod text. in d. §. penult. loquitur in adoptato ab extraneo; praeterea adoptatus ab auo in omnibus succedit, vnde non est necessaria ei quarta, quae ex constitutione Diui Pij solet dari arrogatis.

156 Sed ego tunc considero maximum commodum ex hoc, quod teneatur auus adoptans nepotem, relinquere necessario quartam filio adoptato: Nam si non teneretur & habet alios filios, pariter succedent cum adoptato: ut est text. expressus in l. si parens, C. de suis & hered. & in l. pen. tit. 16. p. 4. & sic poterit contingere, quod non habeat quartam partem bonorum aui: ad vero si teneatur auus ei relinquere quartam praedictam, intelligitur, secundum veriorum opinionem de iure communi de quarta omnium bonorum, licet sint alij plures filij, &

sic poterit hoc modo plus consequi adopratus, quam ceteri filii naturales & legitimi. Et quod intelligatur quarta pars omnium bonorum, etiam existantibus aliis filiis legitimis & naturalibus, tenuit Vulgarus glossator antiquus, relatus per gl. allegandas, & sequuntur & late probant Guillem. & Bart. in repet. d. l. si arrogator. n. 8. quam etiam sibi sequitur Ioan. Orosc. dicens probabiliorem, n. 78. & sequitur praterea Salvo. in l. a. nu. 7. C. de adopt. pro qua opinione sunt bonae leges 8. tit. 16. part. 4. & l. 9. tit. 5. part. 6. ubi dicitur: La quarta parte de todo quanto ouiere: & ita est tenendum, licet contrariam opinionem, imo quod quando sunt alij filij naturales, non intelligatur quarta omnium bonorum, sed eius partis, quam habiturus esset filius ab intestato, ne alius sit deterioris conditionis filius naturalis, quam arrogatus, teneat gl. in d. s. cum autem, verb. quartam partem, similis in d. l. si arrogator, verb. quartam partem ubi Bart. in lectura col. 1. tenet eandem opinionem sibi contrarius: & est similis gl. in aub. de hered. & Falc. §. 1. verbo, quale est filius, collat. 1. sequitur & dicit comunē Portius in d. s. cum autem, n. 12. communem quoque testatur Iaf. in d. l. si arrogator, n. 52. ubi aliqua contra communem adducit in fauorem primae opinionis verioris: dicit magis communem Ioan. Orosc. ibi n. 77. & secundum hanc opinionem magis communem de iure communi dicebat Gregor. Lop. in d. leg. 8. verb. La quarta parte, intelligendas esse illas leges Regias, quas diximus probare, quartam partem esse de todos los bienes, scilicet, ut intelligantur, quando alios filios non habet; alias si habeat, intelligatur, quartam partem eius, quod habiturus erat filius arrogatus ab intestato: neque nouum est, ut leges Regie intelligatur secundum ius commune, ut plurimum enim cum illo concordant: Et ita saltem de iure communi, secundum veriorē opinionem est maxima differentia, an auis teneatur relinquere filio adoptato quartam: & contra gl. & Iaf. dicentes non teneri facit: Nam eadem ratio militat in filio adoptato ab auo; quae in arrogato ab extraneo: Nam sicut arrogatus transit in familiam patris arrogatoris & amittit iura patris naturalis, ita etiam adoptatus ab auo, ut probat iura superius allegata. Et ita posset teneri contra gl. & Iaf. in pūcto iuris, nisi huic fundamento respondeas: legem illā de constitutione Diui Pij, assignatam quartam filiis arrogatis, esse exorbitantem, ac proinde non extendendam: ut in l. si vero, §. de viro, cum siml. ff. solut. matrim.

158 Hodie autem, si quis arrogauerit, vel adoptauerit aliquem, cum liberos non habeat, neque nepotes, natiuitate postea filiorū adoptio vel arrogatio irritatur: ut probat l. 1. tit. 22. li. 4. For. & l. 5. tit. 6. li. 3. For. & ibi notat Mantal. & notat etiam per illa iura Greg. Lop. in d. l. 8. gl. ff. Sicuti etiam videmus in legitimis per rescriptum Principis ad succedendum tempore, quo alij legitimi & naturales nati non erant; Nam legitimati huiusmodi excluduntur postea successione per natiuitatem legitimorum & naturalium, per l. 12. Taur. quae hodie est l. 10. tit. 8. lib. 5. noua Recopil. & sic hodie non erit necessaria quaestio gl. supradictarum. Quae leges Regiae limitantur in adoptatis ab auo paterno, vel

160 materno; si enim cum legitimis & naturalibus postea natis succedunt, ex omnibus, quae supra in hac materia dicta sunt: Et ita nouiter d. l. limitat Mench. d. §. 19. n. 5. ad si. Limitatur etiam d. l. 12. Taur. in legitimato per subsequens matrimonium; Is enim, etiam cum legitimis & naturalibus postea natis succedit, quia vere legitimus est, ut in d. l. 12. Tauri.

162 Sed quaeritur quid iuris; Si enim haberet quis filios suos alios adoptauerit vel arrogauerit? In quo dico, quod si arrogauit, sciente Principe, qui arrogationem confirmauit, sciente inquam, quod filios naturales habebat,

adhuc succedit filius arrogatus cum naturalibus, & tunc erit necessaria examinatio quaestiois gl. 3. discusse, de quibus bonis quarta intelligatur: ita tenet glo. in d. l. leg. 8. in gloss. La quarta parte. Si vero adoptauerit, cum haberet filios legitimos & naturales, tunc adoptatus non succedit cum eis, quia iudex, cuius decreto fuit facta illa adoptio, non potuit praedecidere filiis natis: & ita expresse tenet Gregor. Lopez in d. l. 8. gl. ff. & Ioan. Baptist. in suo arario commun. litera F. nu. 135 fol. 72. colum. fin. ubi tenet, quod pater hoc casu potest huic filio adoptato legare quintam partem bonorum, quam pro anima poterat distribuere, & hoc est sine dubio.

Sed; An habens filios legitimos & naturales, possit legitimare alios naturales tantum? Videndus est omnino Iason in l. Gallus, §. quid si tantum, n. 90. & plurib. seqq. ff. de lib. & postib. & haec omnia in materia adoptionis & arrogatis sunt menti tenenda, quia sunt praecipua in materia, difficilia & quodidiana.

Quarta ampliatio materiae legitimisationis.

164 Quarto principaliter conclusio huius tex. ampliatur, ut procedat nedum in filio legitimo, sed etiam in legitimato per oblationē curiae, vel per subsequens matrimonium: Nam huiusmodi legitimatus post legitimisationem in patris subintrat potestatem, & ius efficitur: rex. in §. quibus commemorari necesse est, Inst. de heredit. qua ab intestat. def. ibi, Heredum suorum iura nanciscuntur: idem probat tex. in aubentic. quibus modis natur. eff. leg. in §. si igitur licentia, collat. 6. ubi probatur, quod si quis habuerit filios ex muliere, quam in vxorem accipere non potest, ex eo, quod thorum concubina tu violauerit, vel ob alios defectus prohibentes eam duci in vxorem; & sic non possunt filij legitimari per matrimonium, potest filij naturalibus provide-re, offerendo eos Imperatori, & petendo eos legitimari, secundum formam illius text. & tunc filij legitimati nihil differunt a legitimis filiis, & per consequens habebunt iura suaratis, & cetera omnia: ut probat textus in illis verbis; Nihil a legitimis differentes: idem etiam probat text. in aubentic. quibus modis nat. eff. sui. in §. & quoniam varie, ibi, Nihil dissimiles legitimis, & in l. 12. Taur. ad fin. quae est l. 10. tit. 8. lib. 5. noua Recopil. Regia, ubi dicitur: Mandamos que en ninguna cosa difieran de los hijos nacidos de legitimo matrimonio.

Ex quibus iuribus satis constat, quod haec legitimatio erit secundum veritatem vna & eadem, quam habent legitimi, & non secundum fictionem: ut tenet aliis rationibus Bart. in repet. l. si quis qui pro emtore, nu. 29. ff. de vfu. cuius opinionem sequitur Iaf. in l. hac cōsultissima, §. ex imperfecto, in princ. C. de testam. & sequitur Paulus de Cast. in l. si n. 5. C. de his qui veniam a patris impet. testatur communem Iaf. in Rubr. nu. 11. ff. de lib. & postib. & Alciat. ibi nu. 5. dicit etiam communem plures referens Tiraq. in l. si unquam verb. suscepit liberos nu. 77. C. de reuoc. donat. & ultra ipsum dicit communem Deci. cons. 52. n. 1. in princ. V. fo. & c. & ita est tenendum: licet plurimi teneat contrarium, quos refert Tiraq. ubi §. n. 96. e quibus vnus est Iaf. in l. filio, quem pater, n. 13. & seqq. ff. de lib. & postib. ubi allegat aliqua iura contra Bart. & communem opinionem supradictam, tenet alios referens Petr. Duen. in reg. 350. ampliat. l. fol. 130. testatur etiam communem Cou. in 4. 2. part. c. 8. §. 8. n. 3. cum nu. seqq. latissime agit de hoc articulo, ideo videndus est omnino.

Ex supradictis omnibus inferitur etiam, bene de-terminasse Bart. in l. 2. in princ. n. 10. ff. de vulg. & pupil. quod sicut pater potest filio suo, quem in potestate habet,

habet, dare substitutum pupillae, etiam & filio legitimato, quia ipse nihil differat a legitimis: quam opinionem firmam appellat Alex. ibi n. 17 & communem testatur Rip. ibi nu. 27. & eam sequuntur omnes Dd. secundum Lancelot. Politum in 1. ad. substit. in Rubr. de pupill. n. 37.

Et An filius legitimatus ad fenda cum clausula derogatoria generali omnium legum & constitutionum, & quoruncunque in contrarium facientium, possit succedere in fendo, in quo certa qualitates requiruntur? videndus est Matth. de Afflict. decis. Neapolitan. 161. per totam, ubi tenet quod sic, & est comunis opinio haec in legitimatis per subsequens matrimonium, in aliis fecus, secundum Couarr. in 4. 2. part. c. 8. §. 2. n. 27. & fundari potest haec opinio ex omnibus supradictis. Succedit etiam filius legitimatus in emphiteusi Ecclesiastica, ut plurimos referens tradit Petr. Duen. ubi §. ampliat. 7. dico infra nu. 179. ¶ Vt etiam superiora de legitimatis filiis optime probantur in l. Dius Constantini, C. de naturali. ubi loquens ille rex in filiis legitimatis per subsequens matrimonium, inquit; Mox, postquam nuptiae cum matribus eorum fuerint celebratae, suos patri, & in potestate fieri. ¶ Ex quo text. dum dicit, Mox, & c. inferitur quoddam opimum & singulare, ut etiam si nuptiae contrahantur ab eo, qui in extremis sit, adhuc liberi antea nati efficiatur legitimis haec est receptor opinio, licet plures contradicant, secundum Ioan. Orosc. in l. benignus, n. 3. ff. de legibus, ubi Iaf. tantum allegat, & est comunis secundum eundem Orosc. in l. Paulus, n. 5. ff. de stat. homi. est etiam communis secundum Couarr. in 4. 2. part. c. 8. §. 2. n. 10. ¶ Greg. Lop. in l. in gl. de casa cōella, in v. procedit etiam, in 3. part. 4. ¶ sequitur plurimos referens & bene probans Mench. lib. 3. contro. v. susseq. cap. 1. n. 4. & haec est comunis opinio, secundum Iason. in l. sed & est questum, n. 6. & seqq. ff. de lib. & postib.

169 Vbi n. 7. ex hoc inferitur cum Bald. & Felin. contra Angel. quod huiusmodi legitimatus excludit substitutum, qui deberet admitti in casu, quo heres decederet sine liberis: quod est opimum pro intellectu legemeraliter, §. cum autē, C. de inst. & substit. & iurium similibus, iunctis his, quae infra dicemus, quod filij legitimati in casu illorum iurium, per subsequens matrimonium faciāt dehere fideicommissum, iuxta comunem opinionem, ut procedat, etiam si subsequens matrimonium contrahatur ab eo, qui est in articulo mortis constitutus: sequitur alios allegans Couarr. ubi sup. d. n. 10. & 11. Sed cum opin. Angel. tenentis contrarium, transit simpliciter Roderic. Suar. in l. 9. tit. 11. li. 1. For. fol. 74. colum. 1. ubi dicit esse mirabile dictum ad eos, qui possident maiorias: & eam quoque sequitur Anton. Gomez in l. 9. Taur. n. 58. & 59. de qua opinione Angeli videndus est Matthaeus de Afflict. decis. Neapolitan. 386. per totam: ubi plures Doctores pro & contra refert: eam tamen tenet virorem & magis communem plures referens D. Burgos de Paz consil. 6. nu. 11. praesertim: cum tunc non subest spes proles procreandae: testatur etiam comunē plures referens, licet contra eā teneat, Menchac. ubi supra n. 5. Sed haec opinio Ang. & sequacium non est contraria, quia loquitur & procedit, quando matrimonium contraheretur in extremis in fraudem praedicti substituti, & hoc constaret tacite vel expresse per modos & vias positos per Anton. Gomez ubi §. quo casu valet matrimonium & legitimatio inducitur per id, sed substitutus non excluditur, secundum omnes supradictos: Opinio vero superior procedat, quādo matrimonium contrahitur ab eo, qui est in extremis simpliciter absque fraude: & ista est vera cōcordia meo iudicio, & eā plurimos allegatis tenet ita intelliges materiam hanc Petr. Duen. d. reg. 350. limit. 1

per totam, fol. 121. quem inueni postquā supradicta scripseram: & nouissime post huius operis primam editionem hanc sequitur & testatur plures referens D. Moli. de Hisp. prim. g. lib. 2. c. 5. nu. 27. & ad si. operis annotat. num. 8. & eam defendit ab impugnationibus Menchac. ubi supra.

Sed est addendum notabiliter in practica, quod ita demum in casu illorum iurium legitimatus excludit substitutum, si ipse substitutus citatus fuerit: ita tenet expresse alios allegans Iaf. in l. Gallus, §. & quid si tantum, in l. lectura, n. 139. & 140. ff. de lib. & postib. communis secundum Couarr. in 4. de spons. 2. part. c. 8. §. 9. n. 8. qui est videndus in hoc.

170 Quod potest primo probari ex regula vulg. iuris, quae habet; Quod in quocunque actu alteri praedicti, debet citari ille, cuius interest, & praetenditur praedicti, ut in l. nā ita Diuus ff. de adopt. & in l. de vnoquodq. ff. de re iudic. cum siml. ¶ Secundo probatur haec opinio ex d. doctrina Bart. in d. l. §. quid si tantum, n. 14. in si. tenentis, quod quando filius naturalis legitimatur post mortē patris, requiritur, quod citetur illi, quibus est aliquod ius quaesitum, imo plus, quod requiritur consensus eorum, argum. l. penult. ff. de natur. li. ubi ad hoc, ut liberis restitui possit natiuitas, requiritur consensus patris: & iam Bartol. doctrinā sequitur alios allegans Iaf. n. 19. Gallus n. 82. & Mart. vbi ff. de success. ab invest. art. 1. memb. a. n. 20. quod intellige respectu legitimisationis per rescriptum Principis, vel oblationem curiae, secus de illa, de qua nunc proxime loquebamur, quae fit per subsequens matrimonium: ut constat ex supradictis Doct. & an praedicta citatio requiratur, quando legitimatus sit in vita patris, videndus est omnino Couarr. in 4. 2. part. c. 8. §. 7. n. 7. Tiraq. in 1. ad. res iudic. per alios alia p. 16. & 7. eandem etiam opinionem supradictam, quod etiam si nuptiae contrahantur ab eo, qui in extremis sit, adhuc liberi antea nati legitimantur, dicit comunem Tiraq. ubi §. n. 77. hanc etiam opinionem sequitur plures referens Ant. Gom. in l. 9. Taur. n. 57. ubi late agit & refert contrarium tenentes. ¶ Et limitat, quando huic matrimonio inesset certum impedimentum succipiendae prolis, ut quia sit constitutus homo in postrema & decrepita aetate, ex gl. in c. 2. de frig. & mal. ff. quam dicit communiter approbatam Ant. Gom. in princ. illius n. Sed salua pace, gl. d. c. 2. contrarium probat, imo quod senex possit contrahere matrimonium per d. l. nuper, & ita idem Anton. Gom. in princ. n. 57. ad si. relinquit cogitandum. Mihi verior videtur opinio contraria huic limitationi: quam meam opinionem, quā hic sequor, testatur communem plurimos referens Petr. Duen. ubi §. d. l. limit. per totam: ubi limitat: & ante eum communem eam dicit Couarr. in 4. 2. part. c. 8. §. 2. nu. 10. & hanc opinionem nouissime plures allegans testatur veriorē & comuniorē contra Bal. Ioan. à Roias, Inquisitor Valentin. in sua Epir. omni. success. c. 2. n. 21. & 22. ubi refert Couarr. ubi §. & inquit, se iam ex facto ita respondisse in casu occurrenti, secundum hanc comunē opinionem, scilicet, quod per subsequens matrimonium, contrahentem etiam a senē decrepito in grate senili & in articulo mortis cum propria concubina filij antea nati, legitimi vere efficiantur: hanc etiam sequuntur plurimi, & eos referens Menchac. lib. 3. contro. v. susseq. equen. c. 41. n. 4.

174 Ex haec suprad. ampliacione ad conclusionem nostram text. & omnibus in ea dictis inferitur, quod cum filius legitimatus sit suus, trāsmittit etiam hereditatē non aditam ex potentia suaratis: Nam suus eam trāsmittit, ut §. latis superq; dictum est; Ergo & legitimatus, cum sit suus: Ita primus omnium tenet Bald. in l. eam, quam, n. 1. C. de fid. comm. quem sequitur Ioan.